

LXXXVI., art. 4, ad 2, ibidem Valentia, Suarez et alii, putant esse peccatum in quo quis ad mortem usque perseverat. Noster Lorinus censet esse peccatum odii et homicidi, quo quis sibi vel alii mortem concisit; de eo enim dixit Joannes, cap. III, vers. 13: « Qui odit fratrem suum, homicida est. » Alii censent esse peccata reproborum et damnatorum. Sed incertum est quiam et quenam illi sint; Joannes autem ait: « Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem. »

Sexto. Glossa censet esse quodvis peccatum mortale. Pro hoc enim orare quasi ex officio sicut est sacerdotis, ad cuius examen easigari debet peccator; cum pro venialibus orare possit quivis laicus. Sic et Cassianus, *Collat.* XI, cap. x, et Origenes, hom. 42 in *Ecclesiasticis*, Favet et Syrus qui verit, « peccatum quod non condemnatur ad mortem. » Verum contrarium significat Joannes, dum subdit: « Et dabitur ei vita; » hoc enim inuitum eum loqui de peccato mortali, non veniali, cum jubet orari pro peccato, quod non est ad mortem.

Septimo. S. Hieronymus in cap. XIV *Jeremiæ* censet esse peccatum gravius, quod Deus punire decrivit. « Qui enim semini, inquit, gladio, fani et pesti fuerit destinatus, nullis precibus crui potest. Unde et Prophetæ dicunt: « Ne frustra roget, quod impetrare non potest. » Sic et S. Bernardus, *De Grad. hum.*, cap. viii, Bonaventura in II, dist. XLII, dub. 1; ibidem, S. Thomas, et Suarez, III part., tom. 17, disp. VIII, sect. 1.

Octavo. Dionysius censet esse peccatum finalis impenitentie. Unde Roffensis, art. 17 *Contra Luciferum*, hinc probat Purgatorium, quia scilicet S. Joannes orandum dicit pro iis qui non sunt consumpti. Argentum reproborum vocate eos, quia Dominus projectit illos. » Et cap. XXI, 22: « Insubilis fractura tua, pessima plaga tua, non est qui judicet tuum tuum ad illud, curatiorum utilitas non est tibi. » Hec est sartago ferreis theroslyme, quam videt *Ezechiel*, cap. IV, vers. 3. Itaque peccatum ad mortem est peccatum palmarum et immedicable, cujus desperata est vanitas et salus, quodque adeo ira Dei provocat, ut communis Sanctorum preces illam placere nequeant, ideoque ipsum pene certo et infallibiliter peccantem ad mortem tum corporis tum anime, puta in gehennam, comittatur et deducit, nisi insignis aliquis sanctus, et quasi novus Moses, ei extraordinariam gratiam et veniam a Deo imperiat. Sic enim peccatum mortale dicitur, quod anima privata gratia quasi vita, itaque ei mortem spiritualem, sed priam auctoritatem: ita peccatum ad mortem, sive mortiferum hic dicitur, quod ei mortem secundam, puta damnationem, concusat. Rursus, sicut vulnus vel infirmitas ad mortem dicitur, que agrotant mortem corporalem interficit: sic peccatum ad mortem vocatur, quod ei mortem spiritualem irrogat, puta quod ad mortem durat, indeque peccantem transmittit ad mor-

Nono. Anastasius Nicenius, *Quest.* LVIII in *Script.*, censet esse peccatum in Deum, v. g. blasphemiam, de quo dicitur I Reg. II, 23: « Si peccaverit quis in Deum, quis orabit pro eo? » De quo S. Hieronymus, lib. II *Contra Jovinianum*: « In Deum, ait, peccare, id est, ab eis culta recedere, impialis peccatum est difficillor quam remissio. » Aut esse peccatum quod quis sciens committit: pro hoc enim non esse orandum, quia peccans seipsum potest corrigit et convertere eum grafa Dei.

Dicomo. Gagneius censet esse peccatum apostasie et infidelitatis, qua quis fide ad heres vel idololatriam deseruit.

Undecimo. S. Hilarius in *Psalm.* CXL, censet esse peccatum quod destinato et ex malitia committitur.

Duodecimo. S. Ambrosius, lib. I *De Penitentia*, cap. viii et ix, censet esse quodvis peccatum gravissimum, quod vix remittitur. *Ecumenius* censet esse propositum perseverandi in quilibet peccato, v. g. in refindita et vindicanda injuria.

Perseverare has sententiae vere sunt, et ex parte rem attingunt, immo eodem vergunt, sed punctum difficultatis pauci acut tangunt, uti mox liquerit.

Mea sententia est, « peccatum ad mortem » esse quodvis gravissimum, quod ob sui enormitatem, vel consuetudinem, obstinationem et malitiam, juxtagem communem per gratiam quam Deus ordinaria dare solet, est quasi immedicable, incorrigibile et insanabile. Sic peccatum Iudeus quo prodidit Christum, fuit peccatum ad mortem, quia adgitum ad desperationem et laqueum, mortemque presentem et aeternam. Sic peccatum Sodomorum fuit peccatum ad mortem, quia enorme, et ob consuetudinem obstinatum incorrigibile, ideoque colesti igne punitur. Sic peccatum Iudeorum blasphemantium et occidentium Christum fuit peccatum ad mortem, quia immans et perfifax, ideoque communis gentis excidio per Titum vindicatur, uti sis predixerat et communis erat Christus: « et ante Christum Isaías intonans cap. I, vers. 4: » Vt genti peccatrix, populo gravi iniuste, semi nequam, filii sclerantes dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, ab alienante sunt retrorsum. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas; vulnus et livor de plaga tumens. »

I. Et Jeremias, cap. VI, vers. 29: « Frustra conflavit confitator: malitia enim eorum non sunt consumpti. Argentum reproborum vocate eos, quia Dominus projectit illos. » Et cap. XXI, 22: « Insubilis fractura tua, pessima plaga tua, non est qui judicet tuum tuum ad illud, curatiorum utilitas non est tibi. » Hec est sartago ferreis theroslyme, quam videt *Ezechiel*, cap. IV, vers. 3. Itaque peccatum ad mortem est peccatum palmarum et immedicable, cujus desperata est vanitas et salus, quodque adeo ira Dei provocat, ut communis Sanctorum preces illam placere nequeant, ideoque ipsum pene certo et infallibiliter

peccantem ad mortem tum corporis tum anime, puta in gehennam, comittatur et deducit, nisi insignis aliquis sanctus, et quasi novus Moses, ei extraordinariam gratiam et veniam a Deo imperiat. Sic enim peccatum mortale dicitur, quod anima privata gratia quasi vita, itaque ei mortem spiritualem, sed priam auctoritatem: ita peccatum ad mortem, sive mortiferum hic dicitur, quod ei mortem secundam, puta damnationem, concusat. Rursus, sicut vulnus vel infirmitas ad mortem dicitur, que agrotant mortem corporalem interficit: sic peccatum ad mortem vocatur, quod ei mortem spiritualem irrogat, puta quod ad mortem durat, indeque peccantem transmittit ad mor-

tem aeternam in gehenna. Sic et ergo medicus accitus ad regorum, eumque explorans dicit: Nequo eum curare, agrotat ad mortem, partes vitales lesse sunt, desperatum est de ejus salute, morbus est lethifer: sic fideli, ait S. Joannes, viso apostola et heretico dicat: Non ausim pro eo orare; peccatum enim peccato ad mortem, partes vitales lesse sunt, abjecti fideli, que est principium vita spiritualis, desperatum est de ejus salute, « peccatum est insecraturum, » ait S. Gregorius, lib. VI in *Reg.*, ideoque mortiferum, demoniacum et gothennale. Hec est mens et sententia S. Augustini, Hieronymi, Origenis, *Ecumenii*, Bernardi, Bonaventurae, S. Thomas, S. Hilari et Gugnei locis jam citatis, et S. Cypriani *De Ehort. Martyr.*, cap. iv. Altitudi S. Joannes ad illud S. Job cap. XXIV, 19: « Usque ad inferos peccatum illius, » scilicet deducit peccantem; et ad illud Christi ad Phariseos sibi incredulos, *Jozn.* VIII, 21 et 24: « Ego vado, et querere me, et in peccato vestro moriemini. » Ex quo loco colligimus, licet peccatum ad mortem sit varium et multiplex, uti invenientur, obstinatio, propinquum perseverandi in peccato quolibet usque ad mortem, etc., proprie tamen S. Joannem per peccatum ad mortem respicere et intelligere peccatum quo quis fideli a Christi fide et Ecclesia discessit, illamque malitiosus impugnat, aliosque ab illa ad suum heresim, vel idololatriam traducere et pervertere satagit, quod illo Joannis avo nonnulli faciebant, magno iesu dolore, metu et morore. Quare ut ab eo fideli deterret, vocal illorum peccatores ad mortem.

Id ita esse colligimus primo, ex Evangelio S. Joannis, cap. VIII, 24, jam citato, ubi sic Pharisæi obstinatus sibi resistuntibus, ait Christus: « Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credieritis quia ego sum (Messianus Salvator), moriemini in peccato vestro. » Ergo peccatum ad mortem frater, id est fideli, est illud quo quis apostolans a fide amplius non credit in Christum, et in hac perfidia obstinata vult permanere usque ad mortem. Unde dicitur hoc peccatum « ad mortem, » primo, quia solet diruare per totum vitam, usque ad mortem. Secundo, quia ad mortem gehenna, quasi certo deducit. Tertio, quia auferit fidem, quae est fundamentum et principium vita spiritualis; reliqua enim peccata, quia peccatori relinquent fidem, hinc relinquent ei aliud vita spiritualis, et spem resurgendi: hoc vero peccatum, quia fidem auferit, hinc peccatori tollit omnem vitam, omnemque spem penitendi et resurgendi. Quarto, quia a Deo ordinarie non remittitur, sed destinatur ad addicitionem mortis presenti et aeternae. Altitudi ad illud de Nabuchodonosor dictum, *Jeremie* XLIII, 11: « Percutiet terram Egypti: quos in mortem, in mortem; et quos in captivitatem, in captivitatem; et quos in gladium, in gladium. » Et cap. XVI, vers. 1: « Peccatum Iudea scriptum est stylo fer-

reo, in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum. » Quo loco S. Gregorius: « In ungue, inquit, finis est corporis; ita vero lapidis durus est adamans, ut ferro non valeat secari. Per stylum vero ferreum fortis sententia, per ungue vero adamantinum finis signatur aeternus. Peccatum itaque Iudea stylo ferreo, in ungue adamantino scriptum dicitur, quia culpa Iudeorum per fortem Dei sententiam in fine servatur infinito. »

Secundo, id ipsum colligitur ex eo, quod S. Joannes tota hac Epistola non aliud inveniat, quam fidem et amorem Christi, ac amorem fratrum; quare videtur peccatum ad mortem utique opponere, ac consequenter per illud intelligere apostasiam a Christo et Ecclesia, quae non est aliud quam cactus fratum, puta fidelium in fide, cultu et amore Christi conspirantium.

Tertio, quia hoc peccatum taxant S. Petrus, epist. II, toto cap. II; S. Judas tota Epistola; S. Joannes, cap. II, vers. 4 et seq.; S. Paulus, *Hebr.* IV.

Quarto, quia hoc peccatum est enorme et incorrigibile, tum quia est peccatum ex certa scientia et malitia; tum quia directe contra Christum et Ecclesiam constituit; tum quia apostola post tot a Christo recepta beneficia ingrat et imprudente illum, illiusque dona aspernatur, conculet, profanat, impugnat; itaque fontes divine gratiae et elementa sibi claudit, omnemque medicinam et medium ad remissionem excludit. Opunit enim se directe Christo, a quo solo sponte redit est salus; cumque a se abigit, immo blasphemat, a quo solo curari potest et debet: siue morbus dicitur incurabilis, qui medicinam et oibum non admittitur. Unde Paulus ad *Hebr.*, cap. VI, vers. 4: « Impossible, ait, est eos qui semet sunt illuminati, gustaverunt etiam donum celeste, et participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad punitiam, rursus crucifigentes Filium Dei, et ostentanti habentes. » Et cap. X, vers. 24: « Non deserentes collectionem (Ecclesiam, cœcum fidilium) nostram, sicut consuetudine est quibusdam, etc. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptum notitiam veritatis, jam non relinquunt pro peccatis hostis; terribilis autem quedam expectatio iudicii, et ignis annulatio, quae consumptio est adversarios. Irritam quia faciens legem Moysi sine illa miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora meriter supplici: quia Filium Dei conceleaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritu gratiae contumeliam fecerit. »

Quinto, quia S. Joannes passim Christum vocat

vit nosram, eo quod per fidem et gratiam eius ducimus et tendimus ad vitam eternam; peccatum ergo ad mortem, est infidelitas in Christo.

tum, qui est vita nostra. Sicut enim fides Christi est vita animae, ita infidelitas in eum est mors anime. Audi S. Joannem in *Evang.* cap. v, vers. 24: «Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam eternam, et in iudicium non venit, sed transiit a morte in vitam, » etc. Et cap. xi, vers. 23, dicit Christus Martha: «Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiam si mortua fuerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non morietur eternum, » etc.

Ex dictis patet peccatum ad mortem distinguui a blasphemia in Spiritum Sanctum, de qua *Math.* xii, 31, licet haec illi sit cognata et affinis. Nam Christus, *Math.* xii, vocat peccatum in Spiritum Sanctum blasphemiam Scriborum, qui calumniantur miracula Christi, ejusque opera divina et sancta, ut ejectionem demonum, que faciebat vi et virtute Spiritus Sancti, eaque ascribant spiritui immundo, puta Beelzebub et demoni, idque scienter et ex malitia. Facile enim scire poterant et debebant illa fieri a Spiritu Sancto, non a demone. Christus enim opponit blasphemiam hanc in Deum et Spiritum Sanctum blasphemiam in Filium hominis, qua nonnulli offensi humana conversatione et familiaritate Christi, facta ejus humana calumniantrum; vocantes cum vini potore, amicum publicanorum, etc., quod proinde minus et excusabilius erat peccatum, ideoque minus venia indignum, et facilius remissibile: ita Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius et alii passim in *Math.* xii, vel *Luce* xii. Sicut ergo illa erat blasphemia in Spiritum Sanctum, ita hic peccatum ad mortem est blasphemia et perfidia in Christum; et sicut illa difficile remittitur, ita et hec.

Anagogice peccata ad mortem sunt peccata blasphemiae, irae, desperationis, malevolentias datorum et demonum in inferno: hec enim est mors secunda, *Apocal.* xx, 14. Hic enim sunt sicut oves in inferno, ubi mors depascat eos in eternum.

Tropologicce peccatum ad mortem est, primo, apostasia ab Ordine, vel Religione, cum scilicet quis sacerdos, vel Religiosus a suo statu et gradu apostatait, fitque laicus, vel secularis; hoc enim peccatum durare solet usque ad mortem, et apostatalem ducere in gehennam. Quin et Deus tales in hac vita solet punire subitanee vel miserae et infami morte, ut hos gladio, illos iaqueo, alias igne, etc., plectat. Vide Hieronymum Platnum, lib. III *De Bono status relig.*, cap. xxxvii, et Dionysium Carthusianum in *Scula coti*.

Secundo, peccatum ad mortem est obstinatio, propositum perseverandi in peccato, v. g. odio, rixa, concubinatus, habitus et consuetudo peccandi. Unde discus quam perniciose sit inducere primum habitum et consuetudinem: hec enim per omnem vitam durat usque ad mortem presentem et eternam; consuetudo enim est altera

natura; et qualis homo vivit, talis et moritur, ait S. Augustinus. Hoc est quod ait *Jerem.* xiii, 23: «Si potest Ethiopia mutare pellem suam, et pardus varietates suas: ita et vos poteritis benefacere cum didiceritis malum.» Vide ibi dicta. Consuetudo enim inducit dedolentiam, ut peccator nullum peccati habeat sensum, nullum scrupulum, nullum remorsum, actandum peccatum putet non esse peccatum, juxta illud *Jerem.* v, 3: «Peruersisti eos, et non doluerunt; attristivi eos, et renuerunt accipere disciplinam; et induraverunt facies sua supera petram, et noluerunt reverti.» Et *Isaias*, cap. v, vers. 20: «Vox qui dicitis malum bonum, et bonum malum; ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum!» Tales sunt in peccato ad mortem, quia anima coram exiguo tantum muro corporis distat a morte gehennae.

Hoc peccatum non est cuiusvis curare, sed solius Christi. Sic enim peccans similis est Lazarus, de quo ait Martha ad Christum, *Joann.* xi, 39: «Domine, jam facta, quadragesima est enim.» Unde Jesus magno molimine lacrymans, suspensus in celum, magna voce clamans: «Lazare, veni foras, » eum suscitavit oportet.

Tertio, peccatum ad mortem est odium et inuidia; hoc enim fratri sepe mortem temporalem, et peccanti semper mortem spiritualiorem, ac sepe eternam afferit; quod peccatum quasi Cain et diaboloi, insectus est S. Joannes, cap. iii, 12 (1).

(1) Rosenmullerus, relictus aliis interpretationibus, suam ita exponit: Itaque suspicio tria haec commata, 10-18, non cohærente cum praecedentibus, et pro illis, qui peccatum ad mortem commiserant, prohiberi deprecationem non apud Deum, sed apud magistratus, penes quos est jus pro delictis gravioribus infligendi mortis poena. Mihil igitur αγρίπτια πρᾶπε βάσταν, videtur esse crimen capitale quodvis. Adhuc non est homo ullus aliquis, sed Christians. Pro eo Christians, qui tale crimen commiserit, non vult Apostolus intercessionem nisi apud magistratus, quibus jus vita et necis competit, non Pagani in suspicione adducerentur talia crimina apud Christians parvi fieri. Αγρίπτια πρᾶπε βάσταν, videtur esse levior culpa, transgressione legis aliquis civilis contracta, quam a Christiano admittam facile ita exaggerare poterant magistratus pagani, ut suplici reum pronuntiarent eum, qui mitior pena afflictus dimitti potuerit. Pro ejusmodi peccatore deprecari poterat frater Christians, ut vita ei donaretur.» Vers. 17: «Quodlibet peccatum est poma dignum (vel, aenarratio a norma proscripta); sed datur tamen peccatum quod non (Greci) est crimen capitale.» Vers. 18: «Verumtamen Christians sciunt, se non posse et filios Dei esse, et interior illa peccata, quae sunt ad mortem, committere. Sollicitate sibi carent a talibus peccatis, ita ut malus illi (Satanas) federe eos non possit.»

denti dixi cetera esse petenda et impetranda. Nam sepe Deus orantes pro peccato ad mortem, ulti potè gravissimo et incorrigibili, non exaudit, juxta illud *Jerem.* vii, 16: «Noli orare pro populo hoc, qui non exaudiunt te.» Ita Bellarminus, lib. II *De Penitent.*, cap. xvi, in fine, et Toletus in *Luce* xii, 21.

Aliqui sic exponunt: «Non pro illo, » scilicet peccato ad mortem, «dico ut oret quis, » ut S. Joannes pro peccato, non autem pro peccati orante, orandrum negat, quasi indicet ejus peccati peccatum luendam esse a peccatore, atque idecirco illam non esse deprecadam. Verum hoc subtilius quam solidius dicitur; tam enim pro peccatore, quam pro peccato ad mortem, tamque pro culpa, quam pro peccata debita remissione non esse orandum indicat Joannes, cum de peccante ad mortem ait: «Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita, » scilicet gratia, quae opponitur culpa, non peccata.

Porro S. Bernardus, *De Gratibus humilitatis*, cap. ultim.: «Pro tali, inquit Joannes Apostolus, non dico ut quis oret.» Sed nunquid dicit, Apostole, ut quis desperet? «Feo genitum qui illum amat, non presumat orare, nec desistat plorare, » uti Martha et Magdalena plorabant mortem Lazarri, et plorando impetrarunt ejus resuscitationem; quia humilias, lacrymas, verecundias, fides, aliquid recipit quod oratio non presumit.

47. OMNIS INIQUITAS PECCATUM EST, ET EST PECCATUM AD MORTEN. — Graeca et Syrus addunt negationem, leguntque: «Et est peccatum non ad mortem, q. d. Omnis iniurias est peccatum, sed non est peccatum ad mortem, quia per penitentiam, Deique gratiam medicabilis et sanabilis est. Unde Cajetanus audet assertere textum Latinum, qui caret negatione, esse corruptum. Verum constanter Latina expungunt negationem, tunc quia sensu magis commodus et conexus est. Ponit enim et opponit duas species peccati, unam quae est ad mortem, alteram quae non est ad mortem, sed est communis et venialis iniurias. Sensus ergo est, q. d. Omnis quidem iniurias est peccatum, sed non omnis est ad mortem; quia peculiariter peccatum est quod, uti dicitur, ita est quoque peccatum ad mortem. Pro iniuritate cuiilibet cum certa impetranda venia fiducia peccatum est; pro peccato ad mortem non item, ut paulo ante dixi. Vide dicta cap. iii, vers. 4.

Pro iniuriae grace est ἀδύνατο, id est iniquitas, que proprie justicie opponitur. Aristoteles in *Prædicam. Qualitatis: Excessio*, inquit, ἀδύνατο, id est justitia, iniquitas contrafutum est. Sed sicut in Scriptura, quin et apud Aristotalem et Ethicos, justitia sepe generat sumitur pro qualibet virtute, sic et iniquitas sine iniurias capitur pro qualibet peccato, improbitate, sceleri et maleficio. Haec hic accipitur.

48. SCIMUS QUA OMNIS QUI NATUS EST EX DEO, NON PECCAT; SED GENERATIO DEI CONSERVAT EUM. — Le-

git Interpres, γένος; in τῷ Οὐρανῷ τινὶ καὶ τῷ, jam legendū γένοις; in τῷ Οὐρανῷ τινὶ τινὶ, id est, genitus ex Deo servat seipsum, scilicet virtute accepta generatione divina: sic et Syrus.

ET MALIGNE NON TANGIT EUM. — Hic est tertius fructus fidei vive, sive regenerationis, qui quis per fidem et gratiam rematus est in Christo, scilicet preservatio a peccato saltem graviori et mortaliti, et consequenter a vi et pestestate maligni, puta diaboli. Hec explici cap. iii, vers. 6 et 9, ubi idem, imo amplius dixit S. Joannes, scilicet quod talis non possit peccare, nimurum quantum est ex parte gratiae per generaliorem divinam accepta, si ejus inclinationem et ductum sequatur, sicut qui in tenebris sequitur lucernam et lumen previous, errare et impinguere nequit. Audi Oeconomium: Indicare voluit S. Joannes, «eum qui adoptatus a Deo in filium est, neque ad mortem, neque non ad mortem unquam esse peccularum; quippe cum semel inhabitu in se per adoptionem Christo sese desiderit, intactus atque impollitus a peccato permanansur sit.» Et mox: «In hac gratia dignatur, ut, si nos domum ejus nobis diligenter custodiamus ad conservemus, possimus etiam non peccare,» dum scilicet possumus ad volumus in gratia Dei constantes perseverare. Vide S. Augustinum, *De Corrept. et Gratiâ*, cap. xi; S. Bernardum, serm. 23 in *Cantic.*, et serm. 1 *De Septuaginta*, ubi hanc adaptat predestinationis et electionis ad gloriam. Hoc enim generaliter Dei conservatis a peccato, et licet aliquando peccatum, uti S. Petrus negando Christum, et David adulterando, tamen mox resurgent, ut charitas non tam perdere quam obstupescere et soporari in iis videatur. Ita S. Bernardus.

Vерум S. Joannes generalius loquitur de quolibet fidei etiusto, q. d. Fidelis adeo non peccat ad mortem, de quo iam egit, ut omnino non peccat peccato mortali; sed «generatio, » id est nativitas nova ex Deo, puta gratia «Dei, » per quam regeneratus est, factusque Dei filius, conservat eum. Est metonymia; generatio enim ponitur pro gratia regenerante. S. Gregorius, lib. V in lib. I Regum, et S. Bernardus loco citato, pro generatio Dei legit generatio celestis. Per «generacionem» S. Gregorius accipit cognitionem divine voluntatis, cum ejusdem dilectione; S. Bernardus, predestinationem divinam; Didymus, voluntariam regenerationem, quae fit per spontaneam conversionem et penitentiam. Melius alii accepint gratiam et charitatem; per hanc enim fit regeneratio et renovatio novi hominis, puta animas fidelis et sanctas, ejusque in sanctitate constanza.

Audi S. Augustinum in *Psalm.* xii, tractantem illud *Cantic.* viii, 6, *Fortis est ut mors dilectio;* «Magnificientius exprimit non potuit fortitudo charitatis; quis enim resistit morti? Resistit igitur ignibus, undis, ferro; resistit potestabilibus, resistit regibus: venit una mors, quis ei resistit?

Nihil est illa fortius, propterea viribus ejus charitas comparata est; quia enim ipsa charitas occidit quod fuimus, ut simus quod non eramus, facit in nobis quandam mortem dilectio. Ista morte mortuus erat qui dicebat: Mundus mihi crucifixus est, et ego anno. Ista morte mortui erant quibus dicebat: Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Eadem mortis comparatione explicans S. Gregorius, hom. 41 in Eccl. : « Reete, inquit, per Salomonem dicitur: Fortis est ut more dilectio; quia videlicet sicut mors corporis interimit, sic ab amorem temporum aeternae vite charitas velut insensibiliter reddit. » Et mox allato B. Agnetis exemplo: « Ne enim, inquit, sancta hec ejus hodie natalitia celebramus, mori pro Domino potuisse in corpore, si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtute culmine animus tormentis despectus, premia calcavit, ante armatos reges et presides invicti stetit, ferente robustior, iudicante sublimior. »

ET MALIGNUS NON TANGIT U. — Per « malignum » Didymus et Thomas Anglicus accipiunt mundum, qui totus in maligno positus est, ut dicitur vers. 49, puta homines mundanos et impios. Melius autem passim accipiunt diabolum: hoc per Antoniam vocatur *恶魔*; id est « ille malignus et nequam » hic « non tangit », id est non habet « eum », scilicet naturam ex Deo; Syrus, *non approponat ei*, q. d. Deus non permittit diabolum appropinquare justi; aut, si id permittit, non permittit ut eum ledat, trahendo eum ad consensum in peccatum; imo non permittit ut ledat eum in corpore, nisi ad eum bonum, virtutem et gloriam, uti permitst Jobum tangi et affligi a diabolo: vis enim illa quam ex coelsti illo ortu Sancti percepunt, in his perseverant, eosque illa confirmant a munere, ut nullis demoniis insidiis decipi, nullis lenociniis illici, nullis minis et terroribus vinci queant. Hoc est quod ait Zacharias, cap. II, vers. 8: « Qui tangerit vos, tangit pupillam oculi mei. » Et psalm. cir. 13: « Nolite tangere christos meos. » Et Paulus: « Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciat eum cum tentatione preventum, » 1 Cor. x, 13. Vide Cassianum, Collat. VII, cap. xxii, ubi ostendit Christum exarmasse et enervasse diabolum, ut vel vires non habeat ad tentandum fideles, vel modicas et imbecilles, ita ut facile a fidelibus Christi gratia armatis vincat ac superari queat.

49. SCIMUS QUONIAM EX DEO SUMUS, ET MUNDUS TOTUS IN MALIGNO POSITUS EST. — Graece *ἄτα*, id est jacet, situs est. Per « malignum » primo, valde aposito et genuino diabolum accipit Hugo, Glossa, Dionysius et alii; de diabolo enim vers. precedenti dixit: « Et malignus non tangit eum; » et hunc opponit Deo. Est epilogus Epistole, q. d. Diolorum meorum hac sit conclusio et summa:

impense nobis gaudendum esse, quod ex Deo renati in eo maneamus, vivamus et simus, in eoque agamus vitam puram, sanctam, coelestem et divinam; cum ex adverso mundus, id est mundani in maligno positi sint, id est sub misera et tyrannica diaboli potestate ac dominatu oppressi jaceant, in eoque agant vitam impuram, sclerataam, tartaram et diabolicam. Per peccatum enim ex diabolo quasi renati, ipsi se manciparunt; unde ejus impulsu et arbitrio quasi principio aguntur in omne nefas, omnemque miseriam, adeo ut ab eis quasi Deus in idolis coli et adorari velit. Porro errant Manichei, qui mundum in maligno positum esse censem, ex quod a diabolo sit conditus, quasi illle enim condendo ipsi sum malitiam et malignitatem afflavit; unde docent omnes creaturas corporas, utpote ab angelo male creates, esse malas.

Huc spectat illa nonnullorum congrua explicatio, « mundus totus in maligno », id est in idolatria et deinceps cultu, « positus est » talis enim erat aevi S. Joannis. Unde explicans subdit vers. ult.: « Filio, custodite vos a simulacris; » ex idolatria enim sequuntur omnia vita et peccata, ut at Sapiens, cap. XIV, vers. 27: « Infandorum, inquit, idolorum cultura omnis mali causa est, et initium, et finis. »

Secundo, « malignum » accipi potest pro malitia, pravitate et improbitate. Unde Salvianus, lib. IV *De Providentia*, legit: « Scendunt totum in malo positum est. » Alludit ad Gen. VI, 5: « Vident Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatione cordis intenta esset ad malum; » graece, *super malitia*; Hebr., *omne flagitium, vel imaginatio cogitationis cordis malum*. Totus ergo mundus positus est in maligno, id est in malitia et concepcionis, que sollicitat ad omne scelus. Quia enim mundus, id est omnes homines mundi in Adamo peccante contraxerunt peccatum originale et concepcionis, hinc per eam agnitus ad omne malum. Ita Clemens, Beda, Lyranus et alii. Unde S. Ambrosius in *Apolog. David*, cap. II: « Mundus, ait, in maligno positus est, quia omnes homines sub peccato nascuntur, quorum ipsae ortus est in vita. » Mundus igitur est oceanus sclerum et diluvium vitorum, iuxta illud Osae IV, 2: « Maledictum, et mendacium, et homicidium, et furium, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit. »

Leviisculum est quod addit Lyranus et Thomas Anglicus: « Malignus, » inquit, dicitur quasi *matus ignis* concepcionis, puta gula, luxuria, superbie; aut mundus est « in maligno », id est in *malo anno*, per quod proverbialiter significatur omne infortunium, omnis miseria, omne malum.

Experiencia nos docet quam mundus instar Sodomie plenus sit cupiditate, superbia, fraude, luxuria, gula, avaritia, omniq[ue] malo. Audi S. Prosperum ad Object. Vincent. in VI: « Tulus

quidem mundus, inquit, in maligno positus est, et multorum hominum talis est malitia, qualis est diabolus, etc. Sed hoc inter malos homines distat et daemones, quod hominibus etiam valde malis superest, si Deus misereatur, reconciliatio; demonibus autem nulla est in eternum servata conversio. » Tum subdit: « Sicut ergo prevaricatoribus angelis non Deus indicit illam, que in veritate non stetit, voluntatem; ita nec hominibus hunc affectum, quo diabolus imitarentur, inseruit, » etc. Salvianus, *De Providentia*: « Merito, inquit, totum sacram esse in malo dicitur, ubi boni locum habere non possunt; siquidem tamen viventes, et molles, ita ut facile cederent insidenti, coquuntur per se rursus subrigentur; ac autem placidus et amoenus, denique omnia adeo jucunda et suavia, ut nihil amplius ad felicitatem optari possit videatur. Atque hoc indicatum est ei esse religiosum statum, ut sine dubio ejusmodi imagine docere voluerit Deus, in mundo omnia esse foeda, incerta, mortifera, semper in praecips ruentia; contra vero in religione omnia pulchra, omnia jucunda, denique omnia ut argumentum et candida et pretiosa. » Vide S. Ambrosium, lib. *De Fuga saeculi*, et S. Basilium in *Regulus fustis explicatis*, cap. VI, et S. Bernardum serm. 3 *De Circumcisione*.

Tertio, noster Martinus de Roa, lib. II *Singular.*, cap. II, sic explicat: « Mundus in maligno positus est, » hoc est, in obscurio, « ubriaco, precipitum loco, angusto et arduo, ut conveniat cum illo. » Sapiens: « Cuncte res difficile; praeferit enim figura hujus mundi. » Quidni ergo in mundo sepius labamur, et in lapide incurramus? Ita Psal. XXXVI: « Noli, ait, emulari in malignis, neque zelaveris facientes iniurias, etc. Spera in Domino, et fac bonitatem, et pascaris in divitis eius. » Rursus mundus in maligno et malignitate positus est, hoc est, mundani habent cor malignum, id est, primo, sterile velut solum exile et infriter, quod ne cultu quidem maximo et curatione adhibita fecunditatem accepit. Secundo, habent cor malignum, id est angustum, difficile, morosum, parcum, avarum, quod sese Deo minimum dat, nec ad recipiendam ejus magnitudinem explicit, juxta illud Baruch I: « Abivinus unusquisque in sensu cordis nostri malignus operari dicit alienis, facientes mala ante oculos Dei nostri. » Hec enim omnia significat *et malignus*, Ita Servius in illud Virgilii *Il Georg.*:

Difficiles primum terrae collesque maligni.

Maligni, inquit, id est *infecundi*. Et Nonius: « Malignus, inquit, ager agricultus, illiberalis et minus ferax, est, cuius angustior est proventus. » Virgilii, *Eneid.* VI: « Lucem malignam dixit pro tenu, parva et obsecura. Nam malignum, inquit, Servius, proprie est angustum, » ut Virgilii, XI *Eneid.*

Tenuis quo semita ducit,
Angustaque ferunt fauces aditusque maligni,

id est angusti, obscuri et ardui. Martialis, lib. X
ad Avitum :

Tepe igne maligno
Hie focus, ingenti lumine lucet ibi.

Et Juvenalis, Satyr. 10, maligna appellavit Numa, id est avara, et que ab eis pelerentur minima concessura. Sic enim ait :

Magnae numina tua exaudita malignis,

hoc est parcis, nee concessuras que petebantur. Livius : « Malignitas conferendi ex privato », hoc est parejas, etc. Quintilianus, lib. XI, cap. xi : « In laudandis discipulorum dictioibus nec malignus, nec effusus ». Sed Donatus optime in Hesecy, acta 1, scena 2 : « Malignus, inquit, est, qui difficultatem sui ostendit ». Sic Esdras lib. IV, cap. iii, dicitur : « Non abstulisti ab eo cor malignum (id est sterile, saxosum, durum), ut faceret ei in lex tua fructum ». Hoc Raa. Juxta quem hie erit sensus, q. d. Fidelis ex Deo natus habet cor sanctum, amplum, liberale, sincerum, candidum, diuinum; at mundus, id est mundani, habent cor malignum, id est pravum, arcuum, avarum, terreste, fictum, tortum, diabolicum.

20. Et SCIMUS QUONIAM FILIUS DEI VENIT (S. Ambrosius, lib. I De Fide, cap. vii, legit apparuit), ET DEDIT NOBIS SENSEM, UT COGNOSCAMUS VERUM DEUM, ET SIMUS IN VERO FILIO EJUS. HIC EST VERUS DEUS ET VITA ETERNA. — Explicat id quod dixit, nos esse ex Deo, ideoque vincere mundum et malignum, ejusque modum assignat, nimur id factum esse et fieri per Christum, q. d. Deus idcirco misit Filium stūm in mundum et carnem, ut per eum doctrinam diuinam daret nobis sensum et cognitionem rerum celestium, ut scilicet, religatis idolis quasi falsis diis, liberati a peccato, diabolo et mundo, cognoscamus verum Deum, ejusque Filio, puta Christo et Ecclesie, per fidem, spem et charitatem incorporem, itaque ab eo vita gratia et gloria eterna donecuerit. Ipse enim est verus Deus, ipsaque vera vita in creatura eterna.

Porro, S. Hilarius lib. VI De Trinitate, hunc locum paraphrasit, quedam explicationem gratia interserendo, sic legit : « Quia scimus quod Filius Dei venit, et incarnatus est propter nos, et passus est, et resurrexit a mortuis : assumpsit nos et dedit nobis intellectum optimum, ut intelligamus verum, et simus in vero Filio ejus Jesus Christus. Hic est verus Deus, et vita eterna, et resurrectio (alias redemptio) nostra. »

Pro sensu grace est διάνεση, quod Syrus verit, intelligentiam, mentis illustrationem, cognitionem divinam; Vatablus, mentem; S. Hilarius, intellectum optimum, per quem ipse accipit Spiritum Sanctum; hic enim est spiritus intelligentiae, Sapient. vii, 22, quem S. Paulus I Corinth. II, vers. 16, vocaliter spiritum a Deo, ut sciamus que a Deo donata sunt nobis; Clemens Alexandrinus accipit fidem; Didymus mentem Christi, ut al-

Iudat ad illud I Cor. II, 16 : « Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum ? Nos autem sensum Christi habemus. » Sensus ergo est, q. d. Exultate, o Christiani, Deoque immensas agite gratias : quia in gentilissimo serviebat idolis saeculis et tenebris, eratisque quasi saeva fauna ; at per Christum accepistis veram vitam, sensum et motum : in gentilissimo serviebat concepisciente et vivebat quasi animalia muta et bruta; at per Christum accepistis διάνεσην, id est mentem et rationem, ut vivatis vitam humanam et hominem dignam : in gentilissimo serviebat diabolo, agebatisque vitam diabolice in tenebris ignorantie et infidelitatis ; at per Christum donati vita supernaturali, accepistis διάνεσην, id est cognitionem, sensum et gustum rerum celestium et divinarum. Hoc est quod tot seculis ante Christo praecinctum Baruch in, 36 : « Ille est Deus noster ; hic adiunxit omniem viam disciplinae, et tradidit illam Jacob puer suo, et Israel dilecto suo. Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est. » Ut COGNOSCAMUS VERUM DEUM — Patrem, S. Hilarius loco citato, S. Hieronymus in cap. LXX Isaiae, et S. Leo, serm. 4 De Jejunio 10 mensis, legunt : « Ut cognoscamus verum, » scilicet Deum Patrem. Verus enim est epithetum Dei, qui est ipsa per esentiam veritas.

ET SIMUS IN VERO FILIO EJUS. — Graeca, Syrus et S. Athanasius, oral. in id, Deus deo, legunt, « et simus in ipso vero, nempe in Filio ejus Iesu Christo, » quo significatur Filium esse secundum Patrem, eo quod ipse sit verus et veritas per essentiam, puta vera deitas, ex qua est ait Deus Pater. Ita Didymus, S. Hieronymus loco citato, S. Athanasius, Cyrilus, Nazianzenus et alii omnes sorbentes contra Arianos.

Poror sumus in Filio per fidem et gratiam, quam ab eo sumimus, sicut ramus est in arbore, a qua succum et vitam sugit, iuxta illud Christi : « Ego sum vita, vos palmites ; sicut palmete non potest ferre fructum a semetipsa, nisi manuerit in vite, sic nee vos nisi in me manueritis, » Iouan. cap. XV, vers. 4 et 4.

Paucis hisce verbis S. Joannes compendium quasi tofus Epistole, symboli et fidei Christianae complectitur, duoque praincipia ejus mysteria assignat, scilicet Filium διόπου Patris, ejusque incarnationem. Unde Beda : « Quid, ait, apertis his verbis ? quid dulcior ? quid adversus omnes hereses fortius potuit dici ? » Et S. Athanasius, disput. Contra Arium, ait hanc esse demonstrationem scriptam (quam ab eo postulabat Arius) pro divinitate Filii; et S. Cyrilus, lib. XII Thesauri, cap. XIII : « Num si Deus verus est, inquit, substantialiter, non participante hoc ipsum est, sicut creature. Qui enim Deus verus est, natura Deus est. » Et S. Ambrosius, lib. I De Fide, cap. ult. : « Si verus Deus, inquit, utique non creatus, nihil fallax habens atque fucatum, nihil confusum atque dissimile. » Et cap. VIII, insinuat hinc pe-

tutum illud Symboli Nicenae : « Deus ex Deo, lux men de lumine, Deus verus de Deo vero, ex Patre natus, non factus, unus substantia cum Patre. » Et S. Hieronymus loco citato : « Alioqui, inquit, si non est verus, erit idolo similis ; » et, ut ait Victor Uicensis, lib. II De Wandalor. Persecut. : « Si alterius a Patre substantia est, aut verus Filius non est, aut quod nefas est dicere, degeneratus est. » Et S. Bernardus : « Si Filius Dei, ergo Deus ; quia filii regum reges sunt. »

Porro cognitione Dei et Filii ejus non solum speculativa, sed et practica, puta conjuncta cum eius amore et obsequio, est perfectissimum bonum, ait Clemens Alexandrinus, VI Strom., et beatitudine huius vita, iuxta illud Christi Iouan. cap. XVI, 2 : « Hec est vita eterna, ut cognoscatis eum sicut verum Deum, et quem misisti Iesum Christum. » Qua verba explanans Cyrilus Alexandrinus : « Cognitione, inquit, est vita spiritalis nobis beneficentem adducens, per quam spiritus in cordibus nostris habitat in adoptionem filiorum Dei, et veram pietatem per Evangelicam vitam et incorruptionem reformat. Cum igitur oritur ei quasi prounba dictorum omnium cognitionis Dei vere esse inventatur, recte a Domino nostro Iesu Christo vita eterna est appellata, quasi mater et radix virtutis naturae sua vita eterna pariens. Sed considera diligenter quoniam solus Dei veri cognitio efficiatur : non enim absque cognitione Filii, quare nec absque cognitione Spiritus Sancti. Hoc enim Dei unitas in Trinitate intelligitur, atque creditur secundum Scripturas. » Nihil autem potuit magnificenter dici, quam quod de Dei cognitione scribit Gregorius Nazianzenus, oral. De Statu Episcop. : « Regnum, inquit, ecclorum nihil aliud esse existimo, quam ejus, quod purissimum et perfectissimum est, adoptionem : perfectissimum autem rerum omnium est Dei cognitio. » Et S. Augustinus, serm. 412 De Temp. : « Cognitione Dei, ait, nihil melius est, quia nihil beatius est, et ipsa vera beatitudine est. Unde et Salvator ad Patrem ait : Hec est autem vita eterna, ut cognoscant te unum Deum verum, et quem misisti Iesum Christum. » Et in eamdem sententiam Hieronymus in cap. XXXI Jeremie : « Notitia unius Dei, inquit, omnium virtutum possesso est. » Et Iurys : « Memoria Dei excludit omnia flagitia. »

Praedare vero Lactantius, lib. I Divin. Instituti, cap. viii, a Dei vni, ait, majestatemque tantam esse dicit in Timaeo Plato, ut eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quisquam posset, ob nimiam et inestimabilem potestatem. » Denique S. Bernardus, serm. 37 in Cantic. : « Quid si, inquit, ignorans Deum, poterit spes esse salutis cum Dei ignorancia ? ne hoc quidem. Nec enim potes aut amare quod nescias, aut habere quem non amaveris. Noveris proinde te, ut Deum timeas ; noveris ipsum, ut aequum ipsum diligas : in altero iniaris ad sapientiam, in altero et summaris ; quia initium sapientiae timor Domini

est, et plenitudo legis est caritas. Tam ergo ultra quo ignorancia cavenda est tibi, quam sine timore et amore Dei salus esse non potest. »

HIC EST VERUS DEUS. — Erasmus more suo aranizans, ac pleraque loca Scripturae de divinitate Filii deliquerunt et pervertens, hunc pariter ita deliquerunt et perverit. Hic, inquit, scilicet Deus verus, puta Pater, non Filius, est verus Deus ; sed sic esset hic battologia. Quis enim nescit quod Deus verus sit Deus verus ? Ergo pronomen hic non referit a Deus verus, quod precessit, sed refert verum Dei Filium. Hic enim uti verus est Dei Filius, ita consequenter necessario est verus Deus. Unde Ecumenius in cap. id est hic, quod est demonstrativum, asserti positum pro relative, id est qui, ac refere Filium, qui proxime precessit. Adde, S. Joannis aeo (uti et posterioribus scilicet) nemo dubitavit de divinitate Patris, sed multi dubabar, immo negarunt divinitatem Filii. Hanc ergo, non illam, ubique astriuere salagit S. Joannes, eaque de causa scriptis Evangelium. Ita S. Athanasius, S. Hieronymus in Isaiae LXVI, S. Augustinus, lib. II et III Contra Maxentium, et similis alii, ex hoc loco quasi claro et certo probant dictatem Filii. Audi S. Athanasium in illud, Omnia nostra tradidit eum a Patre : « Lux est Pater, jubar radiisque Filius ; et lux vera verus Deus Pater, verus Deus Filius. Haec enim a Joanne scriptum est : Sumus in vero Iesu Christo. Hic est verus Deus et vita eterna. » Sic et S. Cyrilus, lib. III Dialog. de Trinitate, et S. Ambrosius, lib. De Fide ad Gratianum, cap. VII.

ET VITA ETERNA — tum formalis sua, tum causalis nostra, uti dixi vers. 2. Nota : In Deo obsumma simplicitatem et perfectionem nulla est concretio nec compositio, ideoque nullum accidentem ; quare in Deo concreta omnia sunt abstracta. Deus ergo est ens et ipsum esse, Deus est vivens et vita, verus et veritas, bonus et bonitas, sapiens et sapientia, justus et iustitia, potens et potentia. Ita S. Bernardus contra Gilbertum Porretanum, serm. 20 in Cant., et S. Thomas, I, Quest. III, art. 3.

21. FILIOLI, CUSTODITE VOS A SIMULACRIS, AMEN, — hoc est pat, ita omnino facile, et vos custodite. Ultimum hoc monet S. Joannes, quia illo aeo hoc erat maxime periculosum, ideoque mortuus maxime necessarium. Tunc enim totus mundus positus erat in maligno, puta in idolatria, adeoque Christiani ab ea recens conversi, inter parentes et amicos gentiles et idololatras assidue versari debebant, accumis prandere et convivari, ubi idolothyta, id est idolis immolata, quasi sacra comedenda proponebant, de quibus dixi I Corinthis, VIII. Ne ergo eorum exemplo et horlatu ad idola, que recens reliquerunt, relaberentur, studiisse hoc ultimo monet S. Joannes, ut tenacius eorum menti et memorie, id infigat, scilicet ut studiose ab omni idolom商 commerio, et ab idolothrytorum esu abstineant. Ita Didymus, Clemens, Lyranus, Cajetanus. Perperam Beza et

heretici vertunt, « custodite vos ab imaginibus. » Imago enim est similitudine rei vera; simulacrum vero sive idolum rei false, puta falsi Numinis; Ita enim Scriptura et SS. Patres huc omnia distinguunt. Esto Cicero, lib. I *De Finibus*, imagines vocet idola, « Imagines, inquit, quae idola nominantur. Unde idola est diminutivum ab *idē*, id est *forma*, q. d. Formula, forma imperfecta, diminuta, deficiens a ratione vere formae. Ite *Tertullianus*, *De Idololatria*, cap. iii, et *Isidorus*, VIII *Etymolog.*, cap. ult. Unde Plato in *Theateto*, idola vocat mendacia, et S. Hieronymus, in cap. viii *Oeconomia*, ait sic opponi simu. acrum Deo, sicut veritas mendacio. Sic et S. Augustinus in *Psalm. cxxxv*; Clemens Alexandrinus, *VISI* from; Origenes, hom. 8 in *Ezec.*; Theodoretus, *Quæst. XXXVIII in Exodum*: quoque Synodus VII Oecumenica, act. 3 et 7, anathema intentat iis, qui assurant imagines Christi et Sanctorum esse idola.

Mystice, simulacra phantasia hominum sunt prava dogmata, hereses, phantasmatia vanarum, avaritia, cupiditas honoris, pecuniae, voluptatis; ab his fidelis custodiani sese opem: ita Beda, Hugo, Dionysius, Cajetanus et alii.

Porr̄a illi S. Joannes ait: « Custodite vos, » non autem, destruite simulacra, quia hoc fuisse conticare eurem Gentilium in omnes Christianos: unde monet S. Augustinus idola prius destruenda in cordibus hominum, deinde in delubris et aris templorum: ita ipse epist. 154, et epist. 130, et serm. 6 *De Verbis Domini*, ibi et addit non esse consendos Martyres qui occiduntur eo quod destruxerint idola (idem sauit Concilium Elberitenum, canon. 60): intellige temere et imprudenter cum scandalo. Nam qui prudenter ex magnitudine animi, vel ex instinctu divino ad Gentilium confusione, et fidelium confirmationem, id fecerunt, Martyres habentur, uti S. Theodosius, S. Barbara, S. Christina et ali plures. Gentiles enim qui doctores et sapientiores erant, idola venerantes, hac in speciem apparente ratione se excusabant, quod dicentes se in idolis non saxa aut metalla, sed deos colere: hos enim in idolis quasi in delubris aut corporibus suis habentes, siue anima habitat in corpore. Unde S. Augustinus, concl. 2 in *Psalm. cxiii*, de idolis ait: « Sine vivo aliquo habitatore esse non putant. » Et Olympius Sophist apud Sozomenum, lib. II *Histor.*, cap. xv: « Simulacra, all, erant ex materia corruptioni obnoxia, ideo communim potuerunt; que vero in eis erant celestes potestates, in celum evolarunt. » Sed errabunt primo, quod idola censent esse aliquid Dei, aliquid Numinis habere, Deumque iis esse alligatum, atque iis ad vivum reprepresentari. Secundo, quod in iis plures variores deos coarent. Tertio, quod iis eorum erant demones: hi enim dabant responsa per idola. « Custodite ergo vos a simulacris, » ut ea non sculptis, pingatis, poliatis: non eis caput appetatis, genuflectatis, aut honore collum exhibeatis;

tis; non per ea jureti, non eis immolata comedatis, nullum eis officium vel obsequium prestatis; non eis hostias, ihus, vinum aut munera deferatis; non sitis eorum adiles, curatores, iutores; non eorum laudes canatis, nec ea versu aut prosa celebratis. Magna ergo ubique custodia et circumspectione ab iis se custodire sibi que carere debent fides, ne inter tot idololatrarum ritus et ceremonias, aliquo modo eis consentiret et cooperari, itaque inquinari viderentur. Denique S. Joannes hisce verbis perstringit et redarguit heresim Elxai, qui sub finem vite S. Joannis exortus, ut ostendit vers. 7 et 8, inter alia docebat, « non esse peccatum, etiam si simulacra ipsos adorare contingat persecutio tempore instant, si solum in conscientia non adorent, et si quid etiam confiteant ore, non autem in corde. Atque hujus rei testem adducere fraudulentus ille impostor non erubescit. Phineas sacerdotem quemdam de genere Levi aaron, et prisci Phineas, qui in Babylone tempore captivitatis adoratus Diana, et in Sasis effugerit perniciem mortis coram Dario rege. Quare omnia ipsius falsa sunt et vana, ait Epiphanius, » heresi. 19. Additum id hebreo significari nomine Elxai: Elxai enim notat hypocrisim et hypocritam. « Imaginatur, inquit, hunc (Elxai) vocari virtutem obvelatam, propterea quod El appellatur virtus, Xai vero obvelatum et occultum, quod sua dogmata perfide obvelaret et occultaret, iuxta illud Priscilliani eius sequacis: « Jura, purjura, secretum prodere noli, » teste S. Augustino, heresi 70.

Claudat ultima S. Joannis verba et vota similis cyrena vox, vita et mors illustrissimi et plenissimi Alexandri Cardinalis Ursini, qui hisce diebus, quibus haec ceduntur, mundo maligno eritus, diem vite praesentis clausit extremum, ut primum inchoet aeternum, Christoque suo fruatur in vita beata et eterna: quem prematur sibi creptum lugens Romani, et ego imprimis. Ille enim hujus scriptioris messe (quecumq; ad omnium bonorum oporum) erat inventor et promotor, adeoque sepius ad Collegium venitans sevocabat me, ac de ea rebusque pli et litteraris per horas mecum et cum nostris pie, quecumq; ad eruditio colloquiebatur; ut jure paucis hie eidem ultima justa exsolvere, et lugenti calamo parentare debeant, similique tam illustris virtus exemplum transalpinis gentibus et futuri seculis celebrandum imitandumque transmittere. ut discant mortales, licet principes, ex hoc humana mortalitatis proscenio, mortem opes omnes et purpuras funestare, nihilque in rebus humanis esse solidum et stabile, nisi mores honestos et sanctos, qui in omne aevum perennant. Familia erat nobilissimus. Ursina enim est et familiis Romæ primis et principibus, que in alias etiam regiones propagata, in illis principatum tenuit. Regum principis affinitate juncta, tribus Summis Pontificibus, Purpuratorum plurimis, et strenuissimi bellorum duci, illis

trata. At longe nobilior fuit sapientia et virtute, adeoque non tam familia ipsum, quam ipse familiam decoravit et illustravit. S. Joannem candido, hilari et pudico vultu, gestibus, actibus, moribus referebat. innocentia, castitatis, modestie, humilitatis, pudicitie, charitatis, patientie, mortificationis, ponitentie, contemptus sui et mundi, integralis, magnanimitatis, beneficentie, zeli, Cardinalibus, Prelatis, Principibus eque et Christianis omnibus, vivum erat exemplar et speculum. Christo Jesu, ejusque passioni et cruci, quecumq; ad Deipara Virginis imprimis adductus ad devotus, quasi utriusque Benignus. Florenti erat aetate, sanguineus, succulentus, torosus, elegant, affabilis, eloquens, eruditus, ac simul candissimi moris et pectoris, sine ullo oris cordisque dissidio, maturus, gravis, integer, constans: Joannem, hoc est filium Charitum et gratiarum, dixisses. Magnus Ecclesie gubernaculus magnanimitatis perfundens, ad majora nota, nisi Deus eum ad maxima transtulisset. Consummatum in brevi explevit tempora multa: placita enim Deo erat anima illius. Junior efflagitarat ingressum in Societatem Jesu, idque ardenter et instanter. Verum repulsam passus, quod dictarent eum ob certas dotes in seculo plus Ecclesie profuturam, acquevit, sed ita, ut inter Aulicos et Principes vitam ageret religiosum, adeoque mores ejus intenuis religiosum consenserit simul et principem. In jejuniis, disciplinis, cibiciis, etiam Cardinalis creatus, erat assiduus, imo nimius. Congregationem Sodalium in Collegio romane erecta scribi voluit, adeoque ad eam frequens, etiam tempore discipline ventabat, ac publice in turba plebeiorum cum illis acriter se diverberabat, idque non raro ad sanguinem; quod perpetuo faciebat in peregrinis B. Virginis, ut ei se suamque vitam suo sanguine offerret et consecraret. Hospitalia visebat, aegris serviebat, eisque cum eleemosyna manu sua cibum porrigebat, quin et pedes ablutabat. Quocirca tam illi tanta virtutum exemplo nonnullos hereticorum compunctos heresim ejusasse, seseque S. Ecclesiae Romane reconciliasse constat. Atque interim gravitatem Princeps et Cardinalis dignam preferebat. Inter pontifices magnificos, inter egenos munificos, in consilis cautes et providus, in factis acer et efficax. Zelo non tantum Prelatos, sed Religiosos superbarat. Brachianus, quod oppidum est Romæ vicinum, sedesque Ducum Ursinorum, Sodalitatem et civibus sibi subditis aulicisque exerxerat, « star ejus que visitur in Collegio Romano, in qua ipse prefectum, concionatorem, discipline choragum ceterorumque pietatis officiorum antesignanum agebat. Ad pectus nudum Christi e cruce pendentes effigies getabat aeneam, claviculis in ea extantibus carnem pinguebant, qui proinde non raro illi sanguinem eliciebant, ac indusum cruentabant, sollebatque per vices, manu admota pectori (ut saepius vidi), crucem arcuus illi apprimere, ut Christus crucifixum penitus illi majori amore aequo ac dolore imprimere. Edidit Officium Passionis et Crucis, indicium tam elegantis ingenii, quam ardoris in eam pietatis et devotionis. Opus justum (de quo subinde mecum egit) *De Regno*, omni eruditio refutum Juris divini et humani adoraverat, cuius vestigium per singulas partes et capita distributum reliquit, ex sacra primorum quatuor Regum historiis singulis capitibus disserendi argumentum prefigens. Brachianus in colle quadam quasi in eremo secessum, Passionis Christi mysteriis insignitum (simile illi, quem B. Carolus Borromeus non longe a Mediolano crebro adibat), adorabat, ut per vices eo se recipere, totusque Christo et sibi vacaret. Haec et majora meditamenta mors immatura, at non improvisa corripuit. Festo Assumptionis B. Virginis (quod hoc anno in sabbatum inediti) agrotate cepit, in Octava eius finivit, et vivere desit. In peregrinio festi praster ordinaria devotionis exercitia obliterata, exhortationem in Congregatione ad suos habuerat solito ardientem, ut deinde de more cum suis, impo suis acriter se diverberaret. Solobat enim, uti dixi, co die sanguinem eliceret, quem B. Virginis daret et dedicaret. Quare licet causa morbi diu fuerit collecta, quia substantiam membrorum bilis occupavat, cum lamen candido vultu et pacatissimis moribus testa, non appareret: ex hisce tame, laboribus et ardoribus, aliqua occasio moribide materie vehementius accendenda preberi potuit, ut citius quam paraverat, febrim adduceret; que leniri ad tempus medicamentis potuit, vinei non potuit, quin septima die ipsum mortalibus subduceret. Solobat quotidie conscientiam confessionis sacramentali expiare, ac deinde sacrificium Missæ religioso celebrare, eaque de cause semper confessarium ad manum habebat. Sed ut morbum sensit, illico confessarium (quem Romæ e Societate nostra anima sua directorem delegerat) et Collegio Romano ad se evocavit, ac una Praefectum Congregationis; quibus advolantibus: Ille, inquit, me deducit in Purgatorium, hic in Purgatorio ad Paradisum per suorum utique ferentium Sodalium precies, vota ac voluntaria penas. Confessione peracta, sacram Synaxis suscepit prostratus in terram, illis reverentis et pietatis indicis, que omnes intimo devotionis affectu perstringerent ac compungentur. Ingravecente morbo pie cum confessario de morte collatus, Deo vilum totumque se resignavit, dicens cum Apostolo: « Sive vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur: sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. » Addidit tamen, si sibi daretur optio mortis et vite, se mortem preelecturum. Causam rogatus, dedit, ut citius, inquit, fruar Deo: « Mili enim vivere Christus est et mori lucrum. » Veni ergo, Domine Jesu, veni, dilecte mi. Mox iussit sibi recitari psalmum: « Quam dilecta tabernacula tua, Domine in virtutum concupiscit et deficit anima mea in

atria Domini.» Deinans in mortem fratrem pri-mogenitum, Ducem Brachiani sevocabit, ac remo-to omibus: Accipe, inquit, mi frater, ultima verba fratris tui migrantis et peregrinantis ad al-teram vitam. Cetera a remota audiiri non po-tueri; verum ea non infanlia, sed inflammantia fuisse, Dues deinde acta gestaque monstrarunt. Pre-ingentis fabris astu in phrenesim incidit, et tamen ad verbis pia apposite magnoque animi sensu respondebat: quin et sibi modico tempore redditus, ad ultimum agoneum se obarmans, Ex-treme-Uncionis sacramentum, pia ad singulas orationes respondendo, suscepit. In hoc oberrantis mentis delirio, nullum ei verbum indecens vel incocumine excidit; sed ex pristine pietatis habili, omni spirantia zelum propagande fidei, pacis et charitatis. Summus Pontifex pro sue in eum affectu et munificencia, suam ei benedictio-nem per infernum inviperit, pluraria alia ultra et liberaliter indulxit. Agonem luctamque moriens nullam ostendit, sed perinde ac si senectue confectus foret, resolutus viribus placidi pie-que animam Creatori et Redemptori suo resigna-vit, collacrymantibus pre deuotione omnibus qui aderant. Vita funetus est, annos natus circiter 33, que fuit etas Christi Domini. Post mortem aperatum medicis corpus, rite compositione apparuit, sed cor omni humore (utpote quem fervidis pietatis actibus exhausterat, vel exsudarat) vacuum, ac flava per totum corpus dispersa; quod malum incurabile mortem ei attulit. Cor Romanum delatum, conditum est in sepulcro Cardinalis Bellarmini, utpote quem ille in vita ut pa-trum et ducenta vite Christianae et sanctae, coluit pariter et dilexit: nam cum eo et per eum exerci-tis spiritualibus S. Ignatii, fundatoris Societatis Jesu, fuerat exultus, atque in eum quasi rarum sapientiae, pietatis et virtutis exemplar, jugiter oculos menteisque intendebat. Haec pauca et mul-tis non tam tuo, quam posterorum commodo scripsi, Cardinalis illustrissime. Tu enim humana despicias elogia, honoratus divinis. Defunctus mun-do, vivis celo; saculo mortuus, frueris Christo, quem a puro per omnem vitam tota mente di-lexisti. Bonum certamente certasti, cursum con-summasti, fidem servasti; nunc a justo Judge co-

ronam justitiae tibi repositam percipis. Opera enim tua sequuntur te. Vixisti, non tempori, sed eter-nitati. Idecirco per monites eternitatis sequeris Agnum. Nunc saturaris, quia jejunans esurivisti, et letus decantas: «Sicut audivimus, ita et vi-dimus in civitate Domini virtutum.» O beata re-rum communitate! luxisti et levisti, ut semper ridebas; caducis et umbratiles hujus vite pom-pas, opes, dignitates sprevisisti, hisque licet circum-flues, cor tamen nunquam addixisti, ut potire-ris ecclesis libus, veris et perpetuis. Carnem affixisti, ut intaminatam Christo sisteres. Vestitus es cilio-cio, ut alibi vestimentis ornareris, et jubilares: «Conscidiisti sacrum meum, et circumdedisti me laetitia.» Delicias sprevisisti, ut in aeternum pane angelorum vescereris, et dices: «Gustate et vi-date quoniam suavis est Dominus.» Primos sanctos Ecclesie Romane Cardinales, pro Christo sanguine suo purpuratos, S. Laurentium, Cyriacum, Largum, Smaragdum, etc., annulatus es, eorumque pietatem, fervorem, patientiam, con-stantiam, zelum moribus expressisti; ac in san-guine Agni lavisti et rubricasti, imo dealbsti stola carnis tue: idcirco nuna coronaris et accipis palman, stolaque gloria amicoris, et in caelesti illorum senatu purpuratos consides. Vivat tui no-minis deus, vivat tue virtus gloria, quandiu seculorum omnium vivet **ETERNITAS**. Ex alto aspicis nos in valle hac lacrymarum, imo in mari hoc turbinibus procelloso, cum tot internecinis piratis, aequae ac fluctibus colluctantes, ut Christo dux per stellam maris quasi cynostram, B. Vir-ginem inquam Deiparam, salvis anime mercibus incolumes evaginemus, et secundis gracie aspi-rantis ventis ad portum salutis appellamus. Im-petra nobis ut scribendo, laborando, patiendo, semper mortificationem Jesu in corpore nostro tecum circumferamus; ut et vita Jesu manifes-tetur in corporibus nostris, ut in celis Doctorum et Martyrum laurea donemur et laureati Deo et Ago perenne melos canamus: Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo Deo nostro in seculis seculorum; quia redemisti nos in sanguine tuo, et fe-cisti nos Deo nostrum regnum et sacerdotes, et regnabimus super terram. Amen.»

COMMENTARIUS

IN SECUNDAM

SANCTI JOANNIS
EPISTOLAM.

PROOEMIUM.

Dubitabant olim nonnulli de auctoritate harum durarum sequentium Epistolarum, censueruntque eas esse Joannis non Apostoli, sed Presbyteri, eo quod initio vocet se seniorem, gracie *πρεσβύτερος*: Ita refert Eusebius, lib. III *Histor.*, cap. ult., et S. Hieronymus, *De Script. Eccles.*, in *Joanne*, atque ita censem Erasmus et dubitat Cajetanus. Verum nunc de fide est utramque esse Canonicum Scrip-turam, scriptam a S. Joanne Apostoli. Id patet *primo*, ex definitione Consilii Tridentini, sess. IV, et *Carthaginensis* III, cap. *XLVII*, et Laodiceni, cap. *LIX*, et canon. *84 Apostolorum*, S. Athanasio, epist. 39, recensente nova Scriptura libros, Na-zianzeno in carmine *De Libris S. Script.*

Secondo, ex Patribus, scilicet freneo, lib. III, cap. *xiii*; S. Augustino, lib. II *De Doctr. Christ.*, cap. *viii*; Damasceno, lib. IV *De Orthod. fide*, cap. *xviii*; Didymo, Clemente Alexandrino, *OEcumenario*, Beda et aliis hic. Idem censem Beza et haereticis modernis. Audi S. Hieronymum, epist. ad *Pau-linum*: «Jacobus, Petrus, Joannes et Judas Apo-stoli septem Epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas et breves, pariter longas: breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit, qui non earum lectione cœciat.» Alibi vero in epist. ad *Euseb.*, quæ est *83*: «Clangit, inquit, tuba filius tonitru, quem Jesus amat plenumque, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluenta pola-vit: Presbyter Electe domine et filii ejus, quos diligo in veritate.» Hinc durarum harum Epis-tolarum sententias quasi sanctas Scripturas citant Tertullianus, *De Prescript.*, cap. *xxxix*; S. Chrysostomus, hom. 19 in *Math.*; S. Cyrilus, lib. VIII *De Adoratione in spiritu et veritate*; S. Ambrosius in *Psalm. XXXVI*; S. Gregorius, *XXXI Moral.*, vii; S. Ephrem in *Interrogativebus et Responsionebus*; Rufinus, Idacius, Cassiodorus et ali, quos citat Jodocus, Coetus in *Thesauru Catholicu*, lib. VI, art. 26. Syriacam versionem harum durarum Epis-tolarum ac S. Jude, quæ desideratur in Bibiliis

Complut., editid noster Serrarius in Commenta-rio earundem.

Tertio, styl et rerum similitudo arguit has duas Epistolas ejusdem esse auctoris cuius est prima, puto S. Joannis Apostoli. Audi Baronium, anno Christi 90, cap. ix: «Certa, inquit, si quando ex facierum similitudine filios eodem parente genitos licet judicare, tres illas Epistolas verbis, sententiis, styllo, charactere, unam eamdemque pra-e se ferentes imaginem, ab uno eodemque auctore esse conscriptas quibus facile poterit intelligere. In primis enim quod ad verba aliquę sententias spectat, in multis id contigit demonstrari; ut cum ait in prima: Non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus; in secunda item: Non tanquam mandatum novum scribens vobis, sed quod habemus ab initio. Rursum in prima: Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet; qui con-fiterit Filium, et Patrem habet. Et in secunda eamdem plane his verbis sententiam reddit: Qui re-cedit et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet; qui permanet in doctrina Christi, hic et Patrem et Filium habet. Quod item in prima: Omnis qui ex Deo natus est, peccatum non facit, in tercia habet eamdem his verbis: Qui bene facit, ex Deo est; et qui ex Deo natus est, peccatum non facit. Et quod in prima habet: Ut diligamus opere et veritate, idem in secunda et tercia de di-ligendo in veritate frequenter inculcat. Dum item in prima, haec habet: Nulli pseudoprophe-te exi-runt in mundum: In hoc cognoscitur Spiritus Dei: Omnis spiritus qui confitebitur Christum in carne venisse, ex Deo est; et omnis qui solvit Je-sum, ex Deo non est, et hic Antichristus est; in secunda iissem pene verbis eamdem reddens sententiam, ait: Nulli seductore exierunt in mun-dum: Qui non confitebitur Jesum venisse in carne, hic est seductor et Antichristus. Rursum in prima: Haec est charitas ut manda ejus custodiamus; et in secunda: Haec est charitas ut ambulemus